

stimavi meum nisi laborem, et, si qua fuit rerum bene gestarum gloria, cetera commoda meorum civium et populi Romani fuere. sed de triumpho fortassis subindigne estimas ^(a), quem quando meruerim aliorum sit ^(b) iudicium. michi vero est quesitus et desideratus, obtenturusque ^(c) non difficile videbar, nisi civiles discordie eum michi eripuissent. quid enim, si, cum, domi servata republi- ca, tantam laudem adeptus sim ^(d) foris militieque, ob ^(e) benegesta triumphum decerni michi ^(f) desiderabam, non quidem quo pluris essem futurus ^(g) aut memet extimaturus ^(h), sed ut civium meorum probatos mores imitarer, et virtuti ⁽ⁱ⁾, si qua in me erat, accederet auctoritas maior, qua ^(k) possem philosophiam et ceteras bonas artes, quas meo studio nactus eram, non ad mei solius molle otium sed ad communem salutem accommodare? ea enim michi matura semper et ^(l) prestans philosophia visa est, que in urbibus habitat ^(m) et solitudinem fugit, que cum sibi tum communibus studet commo- dis, et prodesse quam plurimis ⁽ⁿ⁾ cupit, atque ita de perpetua quidem, non de mortali ^(o), non de exigua vita ^(p) cogitat ^(q). quamobrem vide iam an aliter vixerim atque docuerim, fraterni ^(r) consilii im- memor ^(s), ut ais, et tot meorum salubrium preceptorum, vel, quasi nocturnus viator, aliis callem monstraverim ^(t), in quo ipse sum lapsus. quod si non plene respondent omnia, memento quod quieti scribimus, inquieti vero et negotiosi agimus, nec est quisquam qui non meliora cogitet quam facturus sit unquam ^(u). postremo, si non ^(v) ea dignitate, qua quondam, eloqui videor, desuetum michi per multa iam secula usum orationis excusa. et tandem vale, qui-

(a) *RG* existimas (b) *L* iam (c) *G* detenturusque (d) *L* sum (e) *RG* om. ob
(f) *L* triumph. mihi dec. (g) *G* facturus (h) *RG* existimaturus (i) *C* virtutis
(k) *LC* quo (l) *L* semper natura et (m) *Codd.* immortali (n) *L* illa (o) *L* fa-
terni (p) *G* quod (q) *L* monstr. callem (r) *L* a suo (s) *L* nunquam (t) *L* om. non

(1) Cf. *Tusc.* V, iv, 10: «Socrates autem primus philosophiam... in «urbibus collocavit».

(2) Cf. *De divin.* II, i, 1: «qua-
«nam re possem prodesse quam plu-
«rimis». La stessa frase si riscontra
pure nell'*epist.* CIII, p. 267.

(3) *Epist. ad Atticum*, X, viii, 8:
«de illa perpetua iam, non de hac
«exigua vita cogitare».

(4) Cf. *Epist. ad Quint. frat.* II, xiii,
[xva], 2, a meno che le parole del
Petrarca non si riferiscano al *Commen-
tariolum petitionis* di Q. Cicerone.